

Hans W. Tauber

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA



DE

PEDICVLIS INGVINALIBVS
INSECTIS ET VERMIBVS
HOMINI MOLESTIS

von

*Spul-Wurm, Hertz-Wurm, St. Veit-Wurm, Maden, Band-Wurm, Kürbiskern-
Wurm, Nestel-Wurm, Flob, Indianisch kleinen Flob, jungen Hunden, Blut-
Igel, Mücken, Mit-Esser, Restlicsen, Wantzen, Kopf-Kleider- und
Filtz-Läusen*



AVSPICIIS SVMMI NVMINIS

AVCTORITATE

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

PRAESIDE

IOH. HIERON. KNIPHOFIO

FACVLT. MED. SENIOR ET ADSESS. PRIMAR. PATHOLOG. ET PRAX. PROF.

PVBL. ORDIN. ET P. T. DECANO S. R. I. ACAD. N. C. ADIVNCT.

ET BIBLIOTHECAR.

PRO GRADV DOCTORIS

IN PERANTIQA HIERANA

PVBLICE DISPVTABIT

CHRISTOPH WILHELM EMANVEL

REICHARD

ERFVRTENSIS

H. L. Q. C. Die XXVIII. Decembr. M DCC LIX.



ERFVRTI Stanno HERINGIANO, ACAD. TYPOGR.

59.57:16.9:9

5180

NOV 20 1953



§. I.



parclase: D. Sherman

Corpus humanum post mortem a vermibus iri devoratum atque confectum, experientia confirmatur quotidiana. *Discant hinc, inquit MOVFET a) elati cordis homunculi, non se vermes duntaxat esse, sed vermiculorum pabulum; atque illius Imperatoris potentiam rimemus, qui tam contemptibili exercitu, superbiam, arrogantiam, elegantiam, formaeque dignitatem omnem confundat, & victoriam de strenuissimo hoste insignem reportare possit.* Jam in hac vita vermes

A

mes

a) MOVFET, *Theatr. Insect.*, sive minim. animal. p. 267.

mes hominis hostes sunt infestissimi, quid? quod capitales. A natiuitate eum statim exeruciant, sanitateque destructa, gra-
uibus & mortiferis implicant morbis.

§. II.

Nullum est membrum, nulla pars hominis, quam non adoriantur. Observationes medicinae practicae testantur, vermes fuisse repertos in capite, sub cranio, in cerebro, in pilis, in oculis, in auribus, in naribus, in dentibus, in lingua, in aspera arteria, in pulmonibus, in mammis, in pericardio, in corde, in hepate, in vesicula fellea, in renibus, in vesica urinaria, in ventriculo, in intestinis tam tenuibus quam crassis, in umbilico, in utero, in vasis spermaticis, in testibus, in inguine, in ano, in malleolis & pedibus, in spina dorsi, in partibus musculosis. Nec humores ab ipsis liberi fuerunt. In sanguine, lacrymis, sputo, moco narium, cerumine aurium, sudore, femine humano, materia ulcerum purulenta sunt reperti teste ROLFINCIO *b)* & PAVLLINI *c)* FINCKENAV *d)* JAENISCH *e)*.

§. III.

Multi prostant Medicorum observata celeberrimorum, de feminibus & ovulis cum cibo & potu ingestis, in ventriculo exclusis, nutritis & auctis. Mures, serpentes, angues, lacer-
tas

- b)* ROLFINC. epit. methodi, cognoscendi & curandi particulares corporis affectus p. 313.
c) PAVLLINI Cynographia curiosa Sect. IV. Cap. VI. de vermibus ubique in microcosmo.
d) Jac. FINCKENAV Diff. de lumbricis Regiomons. 1706 habita.
e) JAENISCH. Diff. Jen. de Tænio § 3-17.

p. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

tas, bufones, ranas, araneas vixisse in ventriculo & intestinis gravissima morborum symptomata produxisse, vivosque non raro per vomitum & alvum fuisse dejectos, recensent REINESIVS f) SCHENCK g) ZACVTVS b) *Breslausehe Sammlungen.* i) Cum vero hæc a nostro aliena sint instituta, mittimus, de *insectis & vermibus* dicturi, corpus humanum ex ordinaria ejus constitutione inhabitantibus.

§. IV.

Insecta cum PLINIO & ARISTOTELE vocamus animalcula exanguia, quæ incisuras corporis possident, ossibus & carne destituta, corpore duro constant.

§. V.

Vermis autem denominationem vario modo derivant autores: alii quod vere micet & reviviscat; quod versuris corpus promoveat; quod sese torquendo vertatur; quod vertendo minetur, nocere; quod capitis & corporis versura minas & cuniculos effodiat, aut, quod consueverit per objecta caput vertendo mittere; a verrendo, quod motu corpus

A 2

post

f) REINESIVS *Epistola ad Nesteros, Epist. XXXIX. p. 702*g) SCHENCK *Obsers lib. 4.*b) ZACVTVS *lib. 2. Prax. med. admir. obs. 140.*i) *Breslausehe Sammlungen von Natur und Medicin, Kunst und Litteratur. Geschichten. Versuch XIV p. 437 von dem Schlesiſchen Kröten-Spiger in Skarfine. Vers. III, p. 695. von weggebrochenen Fröschen. Vers. XXI, p. 570. von eingesoffenen Froschleib, und denen hierauf durch den Stuhl, ja gar per uterum abgegangenen Fröschen. Vers. XIX p. 301. von Inſectis im menschlichen Leibe, besonders von weggebrochenen Eydexen.*

post se trahat. Celeberrimus KLEIN *k*) serpentes dividit in angues & vermes. Vermis ipsi est vel lumbricus, vel tænia, vel hirudo; hic ventre sessili, ille planus, iste teres; qui vel terrestriis vulgaris, vel aquaticus: Vena Medeni seu Gordius; vel animalium. Nostram autem considerationem merentur.

§. VI.

Lumbricus.

A lubricitate dictus lumbricus, & germanis a calami scriptorii crassitie, *ein Spulwurm*, est vermis fulvus, lumbrico terrestri simillimus, mira fecunditate sese multiplicans, *l*) qui si non cinerei coloris, sed rubicundo-sanguinei ab homine prodit, vulgus Cardiacum vermem, *den Herzwurm* appellare solet, testante ZWINGERO *m*) tales ferociore existunt. Contra vermem cordis PETRVS A CASTRO succum scabiosæ commendat, & BOROMEVS, Mercurium saliva humana extinctum *n*) Ordinarie lumbricus in ventriculo & intestinis hospitatur, ubi optimum ex alimentis subtrahit chylum, & primas vias suis excrementis polluit, præterea pungendo, vellicando, rodendo, terebrando in infantibus atrophiam, in adultis bulimiam, artuum dolorem, vomitum cruentum, febres malignas, melancholiam, aphoniam, epilepsiam, cardialgias syncopticas, mentis aberrationes producit. Nonque raro, intestinis perforatis, exitum sibi parat.

§. VII

k) KLEIN in Sciographia Methodi ad genus Serpentium ordinare digerendum.

l) Eph. A. N. C. Cent. VII. Obs. 43.

m) ZWINGERVS Padoiatreja Obs. CVIII. p. 437.

n) conf. Diss. Lips. de verme cordis Præf. WELSCH Resp. Helvig. 1694

§. VII.

Puerum XI. annorum intestinorum cruciatu, vomitu & convulsionibus extinctum diffecui, partem intestini ilei valde dilatata, a globo novem lumbricorum in se complicatorum & convolutorum, aliam perforatam inveni, & lumbricos extra intestina in abdomine se moventes.

§. VIII.

Puella IV. annos nata, dolore diuturno & intestino agebatur, dum lumbricus per umbilicum prodibat ex abscessu, qui suppuratione consolidabatur.

§. IX.

Virgo XXV. annorum vitam colebat inopem, varia, ea-
que gravia perpetiebatur symptomata, tandem tumor in in-
guine oritur dextro, qui cum sponte aperiretur, tres prorepunt
lumbrici. quintus jam est annus, quo ulcus per sanari non po-
tuit, sed singulis annis unus alterque effringit. Remedium
contra vermes a PRANGIO o) laudatum, experientia practica ante
aliquot annos verum & presentissimum aliquibus obtuli.
Radix graminis tanquam infusum Theiforme usurpatum ver-
mes stomachi necat, eadem aqua cocta ano supposita fotu edu-
xit aliquod glomera intricatorum viventium lumbricorum p).
Lumbricum a puero vivum excretum, a me delineatum sistit
Tab. II. lit. LL.

A 3

§. X.

o) Diff. inaug. de Camphoræ virtute anthelmintica Gœttingæ 1759 Au-
tore A. D. PRANGE.

Joh. STOCKER. Prax. aur. I. I. c. 40.

p) conf. Joh. Henr. SCHVLTZII dissert. Halæ 1740 de Lumbricis effra-
toribus, & Diff. Jenæ 1707 habita de Vermibus, sub Præsidio Cel. E.
H. WEDELII Simon SCHVLTZII Obs. CXLIV Eph. Ac. N. C. Ann.
VI. Diff. Aronis de lumbricis L. B. 1728. BRESCII de lumbricis L. B.

§. X.

Vermis Sancti Viti.

Vermis umbilicalis, germanis *der Veitz-Wurm*, *Geitz-Wurm*, *Nabel-Wurm* infantes in perniciosam tabem conjiciens, quo de historia optime describitur a B. MICHAELIS. q) Cognoscitur, si umbilico Gobius, Fundulus, five Mustela fluviatilis viva imponitur, horisque XXIV. elapsis pisciculus adrosus aut ad spinas usque consumtus invenitur, quo viso quidam pulverem Sabine & vitri veneti melle mixtum, juglandis putamini inditum umbilico adponunt, ut eo degustato vermis emoriatur r) BRENGGERVS s) testatur, vermem istum in nobili puella sibi conspectum, eumque in vena umbilicali latitare putat, semipedalem appellans, figuræ teretis latiusculæ, pallidi coloris, & pellicula non tenui ac lævi, sed duriuscula, seu subcrustacea contextum. Id quod affirmant testes oculati t)

A

1699. CRAVSII de *lumbricis* Jenæ 1685. LVCHII de *lumbricis alium occupantibus* L. B. 1694. ROLFINCII de *lumbricis* Jenæ 1637. SCHENCKII de *vermibus intestinorum* 1670. SCHETLAE *lumbricorum in corporis humani intestinis productio, eorumque ex iis expulso* & c. Marburg. 1678. SPERLINGII de *vermibus in primis viis* Witteb 1700 SVLTZBERGERI de *vermibus in homine* Lipsiæ 1628. VATERI de *vermibus intestinorum* Witteberg. 1687.

- q) MICHAELIS Disput. de *vermibus in homine* 1628 habita ex lib. 5 Jatrei Anhaltini German.
 r) conf. Diff. Erfurt. de *Verme umbilicali* Praef. VESTI Resp. Scheel. 1710
 s) Jo. Georg. BRENGGERVS in Epist. ad Hechstetterum
 PLATE RVS Lib. III. Pr. C, XIX, Frid. OLEVIANVS ap. Hier. REVS.

NE-

A quo non nisi magnitudine differt alius, quem ZACVTVS u) a Lusitanis suis *O mao* nominari, vermem obefum, illisque similem, qui in corrupto caseo occultantur, tradit, atque multa quoque differit VELSCHIVS v).

§. XI.

Ascarides.

Sunt vermes minimi subulati, & ad extremitates acuminati instar vermis casei, desiniente Ill. LINNAEO, ab agilitate qua saliendo & exiliendo se vertunt Ascarides vocantur, germanis *Maden*; habitant in paludibus & locis lutosis vulgatissimi tempore æstivo; in intestinis crassis hospitantur, quotidie tenesmum excitant, & ineffabili infantibus pruritu in ano molesti, innumerabili copia una alvi dejectione excluduntur; In sexu sequiori sæpe intrant vulvam unde continua titillatione Thelygonia. In nostris regionibus haud raro accidit, ut Medicus ad eos exturbandos requiratur. w) DOVER ex praxi XLIX. annorum suadet contra ascarides coquendum mer-

NERVM, *Obf. XCVII & Rupertus SVLTZBERGERVS apud SEN-
NERTVM III. Pr. part. X. c. IV. Matib. MULLERVS Senior Pro-
fess. Tubing. disp. singulari 1625 habita. Rad. CAMERARIVS Com-
tur. memorab. med. XII. §. XCIV.*

u) ZACVTVS I. Prax. admir. *Obf. CXXIV.*

v) VELSCHIVS de vermiculis infantum.

w) FERNELIVS lib. 6. Cap. 10. Patholog & DD. Joan. JESSENIJ a Jes-
sen Observat.

mercurium cum aqua in vase terreo per duas horas, ac sub clysteris forma applicandum. *Commerc. Litter. Norimb.* (x) & *Illustr. HOFFMANNVS Sal. Carol. vulgaribus laxantibus, vel etiam anthelminticis additum virtutem mire exaltare, & ope pulveris ex cortice chacarillæ & sale hoc concinnati, magnam ascaridum farraginem ex infante evocatam fuisse, recenset. Illustris LVDWIG y) vapores lactis, in quo alium & cepæ deferbuerunt, post exhibitum purgans, probatum commendat remedium ascarides ad propellendas.*

§. XII.

T æ n i a.

Tænia SCHENCKII Lumbricus latus SPIGELII & PLATE-RI der Glieder-Wurm der Band-Wurm. Finlandis der Finck & Suecis der Ficken dicitur. III. LINNAEVS aa) Teniæ quatuor species observatas recenset:

- I. Tænia osculis marginalibus solitariis *Faun. Succ.* 267
Tænia articulata teres *Plat. Prax.* 993 Vermis cucurbitinus.

ANDRY erste Gattung derer Band-Würme ohne Rückgrat.
BONNET Band-Würme mit langen Gelencken.

II.

x) *Commerc. Litter. Norimb* 1734 p. 168.
Frid, *HOFFMANNVS Diff. Chymico-Medica de Sale medicinali. Ca-rolinarum Halz* 1734.
y) *LVDWIG in Institutionibus Medicinæ Clinicæ.*
aa) *LINNAEVS Diff. XX, Tænia,*

II. *Tænia* osculis lateralibus geminis *Faun. Succ. 1266*. *Tænia articulata plana. Plat. Prax. 922*. *lumbicus latus* f. *Tænia intestinorum*.

ANDRY *zweyte Gattung derer Band-Würme mit den Rückgrat.*

BONNET *Band-Wurm mit kurtzen Gelencken.*

III. *Tænia* osculis lateralibus solitariis.

IV. *Tænia* osculis marginalibus oppositis.

Vulgatissimus inter *tænia*s homines infestantes est secundæ speciei vermis, cujus descriptionem indefessus naturæ scrutator, illustris LINNÆVS talem suppeditat:

” Corpus album, planum, lineare & fere membranaceum,
” articulatum, latitudine vix pollicis, angulis acutis & median-
” tibus articulationibus quasi ferratis; altera extremitate
” plerumque truncatus est vermis, altera vero sensim attenuatus. Articuli
” singuli sunt plani, quadrangulares, lateres plerumque quam longi: Osculo
” subtus in latere plano
” singuli segmenti gemino; altero scilicet versus basin articuli
” constanti foramine minime marginato aut prominulo &
” alio foramine minus conspicuo, ante priorem obvio, in centro fere articuli,
” longitudinali: rima dehiscente.”

In ingentem crescendo longitudinem protenditur, HARTSOEKERO in literis ad BAGLIVIVM datis asserente, quod in Hollandia quamplurimi visantur tanta proceritate, ut octoginta quinque Hollandiæ ulnas quandoque superent. raro totus excluditur, sed tantum frustum aliquot ulnarum longitudine, cui tamen

men cauta manuum extractione succurrendum. JAENISCH *bb*) testatur eundem in Finlandia, Russia, Livonia quasi endemicum grassari, ob frequentem esum piscium. Lectu dignissima tractatio de Tænia, quam Celeb. BONNET Academiae Regiæ Scientiarum Paris. obtulit. *cc*) indefessa observatione & magno ingenii acumine & descriptionem & delineationem Tæniæ communicat, HERRENSCHWANDII tamen remedium specificum ibidem laudatum hactenus inter arcana latet. *cc**) Præterea non penitebit legere, quæ *dd*) *Ill. Frid. HOFFMANNVS* de hoc verme tractavit.

§. XIII.

bb) JAENISCH *Diff. de vermibus, & præcipue de specie illa vermium intestinalium, quam Tæniam vocamus* Jenæ. Præf. *Ill. KALTSCHMID* 1755 habita.

cc) a Celeb. Prof. BEER in germanam linguam translata extat in *auserlesenen Abhandlungen Ersten Theil derer zur Natur-Lehre und Chymie gehörigen Stücke, welche an die Königl. Academie der Wissenschaften zu Paris eingesendet* pag. 166 . 234.


*cc**) an juxta SAUVAGES ex *Gummi Gutt. gr. xv. rad. hellebor. gr. v.* compositum ?

dd) *Frid. HOFFMANNVS* in *Diff. Halæ* 1734 habita *de animalibus humanorum corporum infestis hofnitibus*. *Cel. SCHACHERVS* in *Diff. Lips. de Tænia* 1717. *Adrianus SPIGELIVS de lumbrico lato, Paris* 1618. 4. *Ill. FEHR.* in *Hiera picra* p. 1251 *Nic. TVLPIVS Obs. Med. Lib. II. Cap XLII.* *Joh. SCHENCK a Grafenberg Lib. III. Obs. Med.* 208. *Steph. COVLET de Ascaridibus & lumbrico lato, Lugd. Bat.* 1729. *Sam. ERNST.* *Diff. de Tænia secunda Platæri Basileæ* 1743. *Dan. CLERICI Historia naturalis & Medica latorum lumbricorum Genevæ* 1714. *VALLISNERI Considerazioni ed Esperienze intorno, alla generazione del vermi ordinari del corpo umano* 4to *Padoa* 1710.

§. XIII.

Cucurbitini.

Lati, quadrati aut figura rhomboidea præditi, aut semina cucurbitæ forma externa mentientes, vermes tenues in intestinis occurrentes, *Kürbis-Kern-förmige Würme*, *Pfeben-Kern-förmige Würme*. Feminæ XXXII. annorum per octo menses continuos quotidie secedebant XV. XX. & plures vivi ac vivaces, Exc. CAMERARIO *ee*) notante. Possunt esse *birulines limaces* quales Cel. SCHAEFFER *ff*) describit; possunt etiam esse articuli ex prima specie Tæniæ Linnæi qui loco citato scribit: "Statuo, propterea cucurbitinos ex hac Tænia secedere, iterumque Tæniæ hujus speciem ex cucurbitinis enasci." Lege, si libet, quæ Eman. KOENIG *gg*) de ore & proboscide vermium cucurbitinorum protulit.



B 2

Ex

ee) vid. CAMERARII *Obs.* XLIII. A& A. N. C. Cent. VII.

ff) Jac. Chr. SCHAEFFER *Tr. von denen Egel-Schnecken in denen Lebern der Schaaf.*

gg) Eman. KOENIG in *Actis Helveticis* Vol. I., p. 27. seq.

Ex Linnæi Dissertatione figura

No. I. Tænia osculis marginalibus alternis.

II. Vermis cucurbitinus seu articulus unicus antecedentis sponte discedens microscopio visus ano bilabiato, ano ad a prominulo marginali.

III. Tænia osculis lateralibus geminis.

§. XIV.

Dracunculus

Der Nestel-Wurm, das Faden-Schlänglein, der Drache, Dracunculus. Animalculum Africae cum primis, tum Asiae provinciis compluribus domesticum *Vena medinensis*, chordæ in cithara crassitie, cubitali longitudine; insectum *Culebrilla* dictum, serpentis similitudine, qui Hispanico idiomate *Culebra* nuncupatur, a latino *Coluber*. Efficit in cute tumorem, in quo ægrotans caput culebrillæ se movere sentit non sine tædio & melancholia. Perfectissimi deprehenduntur in hoc insulo chirurgi mancipia nigra s. æthiopica, qui imposito emolliente poros dilatant, tunc culebrilla caput e poro cutis exerit, quod sensim extrahere incipiunt, usque dum filo ligatam afferculo pedetentim circumvolvère queant, magna cautione adhibita, ne abruptatur. de hoc conferri merentur III. LINNAEVS *bb*) KAEMPFERVS *ii*) III. WELSCHIVS *kk*). Ceteroquin

bb) LINNAEVS Diss. XX Tænia §. V.

ii) Engelbertus KAEMPFERVS *Amanit. Exotic. p. 524*

kk) WELSCHIVS in exercitatione de vena medinensi, ubi ejus historiam ex omnibus antiquitatis & literarum monimentis congestit.

quin frequenter occurit in Cairo, cujus causam allegant cucurbitas & cucumeres; & oleo *petrae* guttatim assumpto praecipue curant, id quod Celeberrimi Göttingenses referunt. 11) De verme sub cute habitante, aethiopicus praecipue ulcus cum inflammatione & febris conjunctum sub planta pedis excitante, usque dum mordendo cutem perforavit, *Macuken* dicto, ARTUR in Historia & Comment. Academiae Scient. 1753. nos edocuit, quod ulterius non extrahatur, sed impositis foliis *nico-tiana* necetur mm).

§. XV.

P u l e x.

Der Flob a fugae celeritate germanis dictum animalculum pediculi magnitudine, molliori tamen corpore, dorso gibboso & fere porcino, homines vigilantes & dormientes perturbat, a morfu locum rubicunda macula notatum dimittit, tempestate pluviosa nimium mordax, optimi hygrometri vices subit, neque foetet, ut cimices, nec habenti ignominiam parit: ut pediculi, persecutus horsum prorsum saltando hostem ludit; noctis quam diei delectum habet majorem; mane a pastu in lodices villosas penetrat, vel in pulvere sese abscondit, ubi gallinas, columbas, mures, talpas, canes praetereuntes vexat. Venatores vulpem. iis etiam oblitam affirmant, & modum quo liberatur haud illepidum narrant. E vepribus nimirum

B 3 pugil-

11) *Göttingische Anzeigen von gelehrten Sachen* 1758. p. 817. ex HASELQVIST itinerario.

mm) vid. *Göttingische Anzeigen von gelehrten Sachen* 1759. p. 244.

pugillos aliquot lanæ legit, convolutamque ore mordicus tenet. Postea flumen gelidissimum sensim intrat, sese immergens, & ubi omnes pulices in lanam perfugisse sensit, expuit, atque ita terram repetit *nn*) Pulicem inter atque pediculum uno simul microscopio inclusos pugnam acerrimam, aspectu tam jucundam, ut admiratione sufficienti vix describi possit, refert GRIENDELIVS *oo*) SACHS *pp*) GASSENDVS *qq*). Imaginem aeri incisam exhibet HOCK *rr*) BONANNI *ss*) CVNO. Placebit Dissertatio nonnullis *uu*) luxuriante ingenio conscripta, & Tractatulus poetice exaratus *vv*).

§. XVI.

nn) conf. MOVFET. l. c. p. 276.

oo) GRIENDELIVS *obl*, p. 16.

pp) Ph. Jac. SACHS in *Messe observ. Microscopii Miscell. Curios.* tom I. p. 52.

qq) GASSENDVS in *vita Peireskii* lib VI. p. 361.

rr) Robertus HOCK in volumine, quo comprehendit descriptiones minorum corporum ope microscopii concinnatas Londini 1667. ex hoc translata in

ss) BONANNI *Museum Kircherianum micrograph.* curios. fol. 377 fig. 49.

tt) eleganter quoque perfecit CVNO in *observationibus microscopis.*

uu) *Diff. Juridica Marburgi 1688. edita, de eo, quod justum est circa spiritus familiares feminarum h. e. pulices, quaestionibus XLVI. ex principiis tam juridicis, quam moralibus deprompta. Eadem extat in annehmlich und raren Discursen von mancherley nützlichen und curiösen Dingen Leipzig 1703. 8. Opizii Jocoferii Gedancken von Flöhen aus den Lateinischen ins Teutsche überzetet durch M. M. 1702.*

§. XVI.

Pulex minimus, cutem penetrans americanus.

Der kleinste Americanische Floh, *Chogo* genannt, juxta Niquam fluvium Indiæ frequens THEVETO notante. *Pique* aut *Nigve* MARGGRAVIO & PISONI ww) dictum animalculum minutissimum, ad saliendum majori pollens agilitate & promptitudine, per poros cutis glandulis subcutaneis hominum & animalium se insinuans, Americæ endemium malum, a Lusitanis *Bisbo* a Brasilianis *Tunga*, & ab Antillarum Insularum habitatoribus *Chique* nuncupatur. ROCHEFORT cum Sironibus nostratium comparavit, quamvis omnino specie inter se differant, ipsoque colore; qui est in *Pique* nigricans, in *Sirone* albus; figura, insuper *Pique* magis ad pulicem, *Siro* ad Pediculum propius accedit; Illi MARGGRAVIUS duos in capite circulos adesse notat, qui desunt in *Sirone*, secundum accuratam *Mieb.* ETTMÜLLERI xx) delineationem; *Sirones* sub cuticula manuum & pedum hospitantur in minoribus pustulis sero turgidis, *Pique* in glandulis subcutaneis, quæ nisi cum suo foetu valde multiplicato obsessa tota effoditur glandula, gangrænam infer-

96) Der belobte Floh als rechtmäßiger König aller Thiere nach seinen rühmlichen Qualitäten.

ww) PISO in Hist. nat. & Medica,

xx) ETTMULLER in Act. Erud. Lipsiens. An. 1692. p. 307.

in ferre solet. conf. III. BAIERVS yy) SLOAN zz) SEELIGMANN aaa)
 Oleum Acajou miraculo est, ad vermes intercutaneos Indero-
 rum bbb).

§. XVII.

Catuli.

Junge Hunde, historicam tantum merentur mentionem,
 si non credulorum forsitan foecunda imaginatione praedito-
 rum ingeniorum commenta, quando inter alia practica occur-
 rit observatio SALMVTHI ccc) conf. quoque SENNERTVS ddd)
Breslauische Sammlungen eee) GREMSIVS fff)

§. XVIII.

Hirudo.

Blut-Igel, Sanguisuga, Insectum est aquaticum palustre
 apodon, instar lumbrici oblongum, sed non aequeteres, quam
 potius

yy) J. J. BAIERVS Act. Acad. N. C. Vol. III. p. 18.

zz) Sir Hans SLOAN Hist. von Jamaica in der Einleitung S. CXXIV. und
 im II. Theil S. 191. 192.

aaa) Job. Michel SEELIGMANN Sammlung seltener Vögel, Vierter Theil, Tab.
 CVIII. Fig. 3.

bbb) Commerc. Litt. Norimb. 1732. p. 381.

ccc) SALMVTH p. 99. catuli ex canis rabiosi, saliva in veste relictæ.

ddd) SENNERTVS de Conf. Chym. c. Aristotel. c. 12. p. 338. & In-
 sit. Part. 3. Sect. 2. c. 4.

eee) *Breslauische Sammlungen* Verf. VII. p. 71.

fff) GREMSIVS Arb. Hom. L. II. C. I. S. 4. §. 39.

potius compressum seu latum. Corpus insecti modo quasi ex circulis seu annulis constat, quibus extensis extenditur, contractisve contrahitur, caudæ & ori innitens. Os habet subrotundum exiguum, veluti callosum & asperum, ex quo spicula tria, contrario occurfu se collidentia, ceu dentuli prodeunt, quibus sanguinem sitiens, cutem aperit, & vulnusculeum infligit triangulare. Venæ sectioni & scarificationi antecellit, quia applicatur tutius ratione ætatis, sexus, idiosyncrasie & ipsius morbi; applicatur commodius respectu partium corporis & sanguinis evacuandi. Chirurghi eligunt in rivulis claris atque fluviis repertas, in lacunis autem, piscinis aut stagnis quæ capiuntur, utpote pestiferas rejiciunt; similiter, quæ caput tenue atque acutum habent, dorsum lineis subviridibus & subflavis distinctum, ventrem autem cum rubore flaventem, labori suo proficuas judicant; contra vero pestilentissimas illas timent, quæ amplo capite instructæ sunt, passimque in corpore ex cœruleo livent. conf III. HEISTER. ggg) SCHRADER bbb) STAHL iii) CRAVSE kkk) GALENVS olim inter causas sputi cruenti numeravit sanguisugas; hoc oblivioni traditum malum D. PASSERAT sæpe ortum vidit ab hoc ad palatum se affigente insecto, & his afflictum hirudinem ad longitudinem duorum digitorum excrevisse lll).

§. XIX.

ggg) HEISTERI Chirurgia p. II. Sect. I. Cap. XVII.

bbb) Christoph. SCHRADER Diss. Erfurt. 1713. de Hirudinibus.

iii) Diss. Hal. 1705. de sanguisugarum utilitate P. STAHL R. Coler.

kkk) Diss. Jen. de Hirudinibus. P. CRAVSE R. Kamper 1695.

lll) hoc recenset *Göttingische Aanzeige von gelehrten Sachen* 1759. p. 320
ex Comm. Medic. Paris.

§. XIX.

Culex.

Eine Mücke, muscarum genus, circa vesperam, sub foliis herbarum, arborumque congregantur, urgente hyeme, aquarum pluvialium cisternis insident, in easdem semen excernunt, quod in vermiculos rubros convertitur, qui nutriuntur animalculis in aquis fluitantibus, quæ pediculos aqueos nominare consuevit, ibidemque cellulas exiguas conficiunt, in quibus per aliquot menses se abscondunt, hinc iterum prodeunt, & metamorphosi facta plurimi culices provolant, sanguinem humanum magno impetu appetentes. Eum in finem multo dolo & artificio circa vesperam ædes nostras ingrediuntur. Spicula sua, quibus pungunt, inferunt poris cutis nostræ, ubi apertam inveniunt viam ad sanguinem, quo maxime delectantur exugendum. Eum quippe attrahunt spiculis acutis admodum ac subtilibus, ex tribus quasi tenuibus pilis contextis, sed intus concavis & ad exugendum sursumque attrahendum sanguinem adaptatis. conf. SACHS *) GOEDARTIVS *mm*) SANGALLO *nnn*) BARTH *ooo*) KIRCHER *ppp*).

§. XX.

*) Phil Jac. SACHS a Lewenstecimb Mellis observationum microscopiarum.

mm) GOEDARTIVS de Insectis in methodum redactis opera Lissæ, num. CXL. p. 337.

nnn) Petrus Paulus SANGALLO Episcopus Florentinus 1679 impressi

ooo) BARTH de Culice Ratisbon 1737.

ppp) KIRCHERI micrographia curiosa §. 6. p. 335. & elegans per microscopium auctus icon fol. 365 & 366 n. 1. 2. 3.

§. XX.

Crinones.

*Vermiculi capillares infantum, Mit-Eßer, Mitfrast, ditrr Maden, zehrende Dinger, zehrende Würmlein, vermiculi capillorum seu setarum forma curtarum nudo oculo aspicienti dorsum atrophica laborantis infantis se exhibent, comedones vocantur, quasi nutrimentum comedendo largius absumant. Per microscopium observantur coloris cinerei; antennis binis longe prominentibus instructi, oculis rotundis grandiusculis, cauda oblonga in fine villosa; prout ab artificioso Schæffero delinæati reperiuntur, vid. ETTMÜLLER 999) EYSEL rrr). Mellis in dorso affricti dulcedine allecti in loco calido foras prorumpunt, ut novacula e poris a cuticula prævocari possint: quia vero hoc modo vermes capitibus tantum truncati, majori parte intra poros relicta putrescente, alia mala inducunt, rectius faciunt, qui PARAEI *)sententiam secuti, exiguis volfellis integros extrahunt prominentes. MONTVVS sss) a nobili matrona infantes multos servatos accepisse se testatur. Puella hoc morbo laborans sanitati restituta a DD. VAGHI ttt) qui & vinetoris cujusdam pollicis vulnerato, cum jam immineret sphacelus, imposuit emplastrum, quo ablato innumeri vermes, crinonibus non absimiles, hoc malum augentes, visui se*

C 2

obtu-

999) ETTMULLERI valetudinarium infantile §. 33.

rrr) J. P. EYSEL Diff. de Comedonibus Resp. J. C. Lentin. Erf. 1711;

*) Ambros PARAEI Opera Chirurgica lat. don, Jac. Guillemeau.

sss) Histron. MONTVVS Part. III. Pr. Lib. I. de morb. Infant. p. 110.

ttt) VAGHI Diff. de insectorum in corpore humano genitorum varia forma & indole, sub Præsidio STENTZELII Vitæberg. 1741. §.

13. p. 32. & §. 17. p. 38. 39.

obtulerunt, & sanavit. *Vermes* præterea *capillares*, quos sic vocat JOEL *uuu*) in digitis circa unguës nascentes & prominentes, quamvis a *paronychia* five *panaricio* vulgo dicto distinguendi sint, nostratibus *radices unguium* vocari consueverunt, vel potius *reduvia*, h. e. fibra cutis tendinosa, radicem unguis tegentis separata, inflammata, *ein Neidbacken*, quæ nunquam vitæ animalis indicium præbere visa est.

§. XXI.

Acarus.

Reitliesen, Seiren, Acarus, quod ob exiguitatem non potest dividi, *Cyros, Siro*, quia tractum sub cute repit, est pedicellus omnium minimus, nascitur in carne & caseis *) vetustis & vitiosis, ut & in carne humana, colore albicante, capite excepto, propius intuenti nigricat, talparum ritu sub epidermide serpit, illam erodendo molestissimum excitat pruritus urentem, extractus acu, & super ungue positus, si solis calore adjuvetur, movet se, altero ungue pressus haud sine sono crepat, aqueumque virus reddit, notante SCALIGERO; ex ficiore quam *Morpiones* materia constat. Varia sunt acarorum genera, muscarum, aranearum, erucarum, florum, fructuum, quæ numero pedum discrepant, aliis sex, aliis sunt octo; aliis magis rotunda, aliis longiora corpora. Imagines suppeditant LEWENHOEK, BONOMVS, BORELLVS, ETTMÜLLER, LEDERMÜLLER **) MARCHETTI, BONANNVS, CVNO. Ab acaris pruritus excitari

puu-

uuu) Franciscus JOEL X. Pr. Sect. IV. §. IV.

*) obf Acari in caseo non moriuntur in vacuo. MVSCHENBROK Tentam p. 102.

**) *Abbildung der 7 Milben in Mehle, siehe LEDERMÜLLER Microscopische Betrachtungen Nürnberg die 33 Tafel.*

punctura, vel morſu vel pedibus, argumentis ponderoſis probat Celeberr. RIVINVS *vvv*). Acari non in ipliſ pultulis, ſed prope habitant; illorum quippe proprium eſt, non longe reſidere ab humore aqueo in veſicula vel puſtula collecto, quo abſumto, vel exſiccato, brevi omnes intereunt.

§. XXII.

Acari Capitis.

Haar-Würme, Haar-Milben, Molen oder Fräulein, præ exiguitate oculis vix obſervantur, pilorum radices exedunt, tunc morbus *radatio* ſive *radakia* audit, conf. HAFENREFFER *www*) *Trichobrotus*; pilos arrodentia animalcula dicuntur; vocantur quoque *Tinea*, proprie vero ſicuti *Dermestes* infectum, *xxx*) quod conſumit pelles, & quod ligna perforat & vitiat, *Termes, Thripes*, & *Enxylon* vocatur THEOPHRASTO, ARISTOTELI & PLINIO: ita *Tinea* veſtes conſumens infectum appellatur, & reſpectu habito ad caput eſt ſcabies maligna, quando capitis cutis a tineis exefum refert pannum. conf. HEBENSTREIT *yyy*) TRAJANVS *zzz*) ſequens commendat remedium: linteum inquit

C 3

tenue

vvv) A. Q. RIVINVS in Diſſ. de pruritu exanthematum ab acaris Lipſiæ 1722 habita Reſp. J. J. Schwiebe.

www) Sam. HAFENREFFER de cutis affectibus p. 68. & 75.

xxx) Cel. KRAMERVS in *Elencho Vegetabilium & animalium per auſtriam inferiorem obſervatorum* ſcribit p. 399. *Dermestes* edoctus arſenicum ſolum alumine uſto mixtum, arcet,

yyy) III. HEBENSTREIT de vermibus Anatomicorum adminiſtris.

zzz) Alexander Petronius TRAJANVS de morbo gallico Lib. VII, Cap: IX. qui reperitur in A. Luſini Aphrodiſiaco p. 1340.

tenuè in lanuginem abrafum, parti affectæ alligato, mox ovi tosti albumen induratum calidum & in laminas latiusculas divifum impone & linteum aliud craffius superliga, ita ut per aliquot horas quiefcat. Deinde omnibus ablatis interius linteum pedicellis plenum reperies, quod hoc modo probatur. Excutias ipsum fupra ignem, & crepitantes Syrunculos facile auribus percipies. PAVLLINI a) dicit, quod fcintillæ quæ e crine noctu vel in tenebricofo conclavi peâtinato catervatim profiliunt, revera nihil aliud funt, quam acari illi fuo etiam lucis fpiritu ac vitæ fulfure manifefto gaudentes, qui capillis ferime infenfibiliter accrefcunt pariter & adhærefcunt. Hi enim decidentés affatim non fecus ac cicindelæ micant, fcintillantque, impuritates oleofas intra capillos tranfpirantes confumunt, fimul vero pilorum radices exedunt. Similiter ejusmodi acari pifcium, cochlearum, concharumque quarundam fquamis & teftis copiofe adhærentes, earundemque excrementitiis partibus oleofis atque fulphureis nutriti, iisdem lucem phosphorefcentem fcenerantur, quales obfervationes de oftreis in fpecie, fide & notatu dignas LESSER b) allegat.

§. XXIII.

Acari Oculorum.

Augen-Reitkefen, D. le JEVNE regius chirurgus vidit Syrones in membrana conjunctiva, five albo oculi, vagis reptatiunculis & morfibus maximum excitare prurimum.

§. XXIV.

a) PAVLLINI Tr. de morte verminofa p. 46'

b) LESSER in Teftaceotheologia p. 788 feq. ex Ephemer. Erud. gall. Tom. II. P. I. p. 169. HANNEMAN de oft. Hofat. aliique autor.

§. XXIV.

Acari Faciei.

Reitliefen in Gesichte, Syrones faciei Rosæ Anglicanæ author *Barrones* vocat, varis & gutta rosacea laborantibus familiares sunt,

§. XXV.

Acari Dentium.

Zahn-Würme, Odontalgiam a vermibus in dentibus cavis absconditis oriri, a multis afferitur. conf. SCHVLTZII *Observatio e)* observationes de majoribus vermibus in cavis dentibus commorantibus proferre nolo, conf. SALMVTH. *d)* neque remedium fumum seminis hyoscyami per tritorium in cavitatem dentis admissum laudibus extollere audeo, conf. *Commerc. e)* & Experimentum Equitis SLOANE *f)*. Rem exquisivit SCHAEFFERVS *g)*. Subinde putant minus his minutiis intenti, partes quasdam carnis minimas in dentibus adhærescentes, vermes esse; sed falso. Ab acaris excitari odontalgiam posse in iis hominibus autumo, qui vescuntur caseo duro, tempore æstivo acaris obfito, qui in cavatis & putridis dentibus residui periosium internum dentium ad maximum usque cruciatum pungent

a) SCHVLZII *Observatio* in Eph. N. C. Ann. X. p. 433

d) SALMVTH. *Observ. med.* p. 125.

e) *Commerc. Litterar. Phys. techn. med.* Norimberg. 1735. p. 311.

f) SLOANE *Transactions Philosophiques de la Societe Royale de LONDRES* 1733. p. 122.

gent & vellicabunt, etiam si ob exiguitatem rarissime agnoscantur & nudis oculis vix cernantur. Ejusmodi acarus mihi videtur fuisse vermis odontalgicus, de quo PECHLIN. b).

§. XXVI.

Acari Scabiei.

Würme in denen Krätz-Blättern, de his in observatione BONOMI i) ita differit: Scabiosus interrogatus, ubi acrius, validiusve cutem sibi prurire perferentisceret, eruptiones multas cutaneas, pustulasque minutulas nondum saniosas exhibuit. Acutissimæ ergo acus unam ex his pustulis acie aggressus, exprimendo aquei quidpiam cum eduxissem, forte eduxi una minutissimum globulum albicantis coloris, vix lynceo obtutu conspicuum, qui microscopio observatus certo certius vermiculus esse deprehensus est, Testudinibus aliqua ex parte consimilis, colore candicans, fuscis aliquid in dorso umbratilisque ostentans, unacum aliquibus radiis, pilisque oblongulis, sex pedibus vivax, ad motumque agilissimus, capite acuto, corniculis duobus aut antennulis in extremo instructus, cujus icon exhibetur fig. 1. & 3. pictor Colonelli a teredinis posterioribus partibus exilire conspexit ova, qualem

ex-

g) Jac. Christ. SCHAEFFERVS in Tract. cui Titulus: *Die eingebildeten Würmer in Zähnen, nebst den Vermeyntlichen Hülfsmittel wider die selben*, (Regenspurg) 1757.

h) PECHLIN in Eph. A. N. C. An. IX. p. 75.

i) BONOMI Obs. italice An. 1678, ad Fr. REDVVM scripta, a LANZONO latinitate donata,

exhibet fig. 2. & 4. teste BONOMO DOVER *k*) affirmat, in pruritu in calidioribus terris a se propriis oculis visos esse vermiculos, qui sese in pustulis motitabant. conf. *Commerc. Litt.* *l*) RIVINVS *m*) pruritum ab acaris excitari argumentis probat C. NYANDER *n*) varios morbos ab acaris derivat in specie dysenteriam, quam scabiem interioris tunicæ intestinorum esse judicat.

§. XXVII.

Acari manuum.

Acari manuum & pedum frequentius occurrunt inter digitos manuum & pedum sub cuticula serpendo, corrodendo, intolerabilem pruritum concitantes. Ex acaro in metacarpo gravissima symptomata observavit HILDANVS *). Pueri de ineffabili pruritu conquerenti, matrem acu in dorso manus globulum minutissimum, eumque pellucidum eduxisse, qui ungui a me impo-
 situs claro ferventeque sole se movere, quasi progressurus videbatur, mihi hæc scribenti succurrit. Maxime vero hic differre videtur Luis veneræ symptomata FOREST. *o*) *Parallela* dictum, quod nil nisi internæ manuum & pedum cuticu-

D

læ

k) DOVER anglicano sermone librum, qui *morborum expositio* inscriptus edidit pag. 160.

l) *Commerc. Litt. Nor.* 1734 p. 156

m) RIVINVS in *Diff. de pruritu exant. ab acaris*, §. 37. seq.

n) C. NYANDER in *Diff. Upsaliæ 1757 sub Præsidio Ill. LINNAEI habitata: Exanthemata viva* inscripta.

*) Guil. Fabric HILDANVS, *Observ. & Epistol. Chirurg. Medic. Cent. 4. obs. 90. p. m. 252.*

o) FOREST. L. 8. obs. 13 p. 244.

p) RONDELET. in *lib. de morbo Italic.* p. 841.

læ sine pruritu mutatio. RONDELET. p) Cel. ADOLPHI vermes ordinario luem veneream comitari afferit.

§. XXVIII.

Acari in urina.

Acaros seu sirones exiguos & rubellos in urina apparentes BONACCIOLEVS infallibile conceptionis argumentum ponit. Fateor autem, me multarum prægnantium urirum an diversis in gravidationis mensibus attento animo & cupidus signorum in gravidationis contemplatum oculis, nihilque verminosi observasse. Forsitan intelliguntur animalcula spermatica? sed hæc non in urina gravidæ, sed in semine virili, & quidem caudatæ depinguntur. p*)

§. XXIX.

Quæras animalculorum tam minimorum & in tanta copia ubivis obviorum usum? Insecta solutionem corporum perficiunt, & ad vitam, sustentationem & incrementum plantarum, hominum & animantium omnium, quid? quod ad conservationem totius terrarum orbis multum conferunt. Cum enim assiduæ in eo laborent, ut emortua corpora plantarum & animalium perrepant, quæ sunt alimento, comedant, in stomachis concoquant (forsitan etiam subtile per pilos secernant) eaque ratione ita parent, ut eo facilius in minutissimas particulas abire queant, usum, quem adferunt, mirificus percipitur.

§. XXX.

p*) vid. Nouvelles de la Republique des lettres par Gaques Bernard Tom. I. Mois de Maj. 1699 articles p. 532. HAMBERGERI Phytologia Medica & Epistola D. LIEBERKUHNII p. 707. §. 3414.

§. XXX.

C i m e x.

Pediculus parietum & spondarum Wantze, Bett-Laus, Wand-Laus habet corpus rhomboideum compressum, sex pedibus, breviori collo quasi affixis, dorsum transversalibus incisuris prædum, tenera cute ex levissimo contactu crepaturam patitur, tuncque abominabilem spirat foetorem. In rimis parietum, ligno tabularum, lectorum aut spondarum abiegnarum inprimis, stramine situ corrupto, de die se abscondit, lucem fugit, & noctu animalia & homines dormientes acriter mordendo excruciat, ut sanguine, quem exsugit, nutriatur. Propagatur coitu PENNIO observante. Extirpatur, si carota lutes J. B. stragula fricantur, aut herba ejus spondis imposita singulis 7. vel 4. septimanis. *Tblaspi* filiquis latis conquassatum rimis spondarum affricatum expertum laudatur q) Imaginem aeri incisam per microscopium auctam exhibet BONANNI r) SOVTHALLI tractatum de cimicibus denuo Londini prodidisse scribunt, usumque hujus laboris ostendunt s).

§. XXXI.

P e d i c u l u s.

Pediculus si ISIDORO t) credimus, a pedibus nomen accepit

D 2

q) Balib, ERHARDT *Oeconomische Pflantzen-Historie. Memmingen 1758.*

r) BONANNI in Museo Kircheriano Tab. 379 fig 58.

s) Jo. SOVTHALLI de cimicibus vid. Saxoniz inferioris nova litteraria No. VII. p. 51.

t) ISIDORVS Orig. Libr. XII, c. 7.

pit, pedufculus, i. e. proprie parvus pes, Glossar. pediculum : plus enim pedum motu lædit cutem quam morſu ; vel nuncupatur a pedibus infectum, cui pedes culo connexi, u) interdum pes, pedes pro pediculo ponitur. conf. LESSER. v) CYPRIANVS w). *Pediculus* seu petiolus dicitur, a quo flos pendet, PLIN. x) sicuti *pedunculus* nominatur fructum seu fructificationem sustentans. Pedicularis herba scribit BAVHINVS y) ab effectu nomen habet ; si enim a pecoribus inter cætera pabula devorata fuerit, pediculorum ingentem copiam procreat. z) conf. III. HALLERVS a) Græcorum φθερ indigitat omne vermiculorum genus, quod ex corruptione sive putredine & generatione spontanea absque prævio seminio provenire credit antiquitas. *Pediculum* latinis quoque sexcupes vermis nominari RVYSCH. b) allegat. Insecta, quæ *vegetabilibus* subtilif-

u) hinc Porta PAPINIVS-STATIVS :

. Pediculus.
dicitur a pedi bus cui bestia vertice nata
nil est ni culus prætereaque pedes.

v) LESSERI infecto theologia pag. 57.

w) CYPRIANI continuata historia animalium FRANZII Tom. II. p. 3560

x) PLINIVS XV. 28. Colu. n. XII. 45.

y) C. BAVHINVS in Pinax p. 163. ex TRAGI de Stirpium historia Lib. I. Cap LXXXIII p. 249.

z) adde p. 124 & p. 185 Veratrum nigrum tertium Dod. Clus. Hist. Lauff Kraut vocatur, quod pediculos interimere credatur perinde ac Staphisagria.

a) HALLERI Diſt. de pedicularibus Gœttingæ 1737.

b) RVYSCH Theatr. animalium P. V. hist. nat. de Insectis Lib: II.

tilissimum auferunt succum, hortulanis aliisque plantarum cultoribus quoque pedicorum nomine veniunt, & in herbis, arboribus, earumque radicibus, foliis, fructibus maculas, papulas atque pustulas varii coloris, formæ & figuræ excitant, sicque tam florescentiam quam fructificationem impediunt, imo plantæ mortem iuducunt. De *radicibus* exemplum præbet Knawel vid. RVPP. c) & ELSHOLZ d) item de infecto colorem coccineum præbente radicibus nutrito, conf. BREYNIUS e). Magnum illud BAVHINI, GABELKOVERI, JOELIS, PETRAEI, DECKERI, ETTMÜLLERI f) remedium antepilepticum scio esse, consentiente RVPPIO, *radicem artemisæ*, insecti habitaculum. *Ricinus*, ein *Holtzbock*, graminum pediculus, qui cuti caput suum infigit, in vulgus notus. De *foliorum* pediculis *puceons* conferantur *Miscellanea Berolinensia* & REAVMVR g). Quem latent pediculi *florum* rosarum, tunicæ, item qui citri & aurantiorum *arboribus* infecti? Fungum cynosbati & Gallas prætereo.

D 3

§. XXXII.

e) RVPPH Flora Jenensis p. 76.

d) ELSHOLTZ Flora Marchica.

e) BREYNIUS Historia naturalis cocci radicum tinctorii quod Polonicum vulgo audit, Gedani 1731. 4.

f) ETTMÜLLERI Comment. in SCHROED. Pharm Sect I & in LUDOVIC. Pharmac. Tit. 14. & in Colleg Practic. de Epilepsia p. 887.

g) REAVMVR Memoires pour servir a l'Histoire des Insectes Tom. III

§. XXXII.

Omnia *animalia* terrestria, volatilia, aquatica & reptilia verminosa sunt ex PAVLLINI asserto *b*). *Muscarum* pediculos describit HEISTERVS, & RIVINVS in Diff. recenset varia pediculorum & acarorum genera. *Serpentes* quoque pediculosos SEBA oculatissimus rerum naturalium scrutator, testatur. *Pices* itidem vexari pediculis, piscatoribus notum est. De pediculis sub squamis Percarum repertis prostat observatio ZACHMANNI *l*) HANNEMANN *m*) grandines vel ulcuscula pressa vel acu aperta, vermiculare pus emittebant. *Balenas* pediculis obsitas MARTENS testatur *n*).

§. XXXIII.

Accipitrum, Falconumque sub pennarum radice vermis *Trota* *o*) dictus, est acari species, quod ex ALBERTI codice patet. *Gallarum* teste Colum. VIII. 7. quosque descripsit D. D. GAHR-LIEP.

b) PAVLLINI de morte verminosa.

i) HEISTERVS in Eph. A. N. C. Vol. 1. Obs. CLXXXVI.

k) SEBA Thesaurus locupletissimi rerum naturalium accurata descriptio Amstelod. 1735. Tab. 90.

l) ZACHMANN de phthiriali piscium Rhenanorum.

m) HANNEMANN de passere pisce grandinoso.

n) MARTENS in der Spitzbergischen Reisebeschreibung P. IV. C V. §. 4. p. 86.

o) ejusmodi T octas in stolonibus pennarum anserinarum nidulari, economica docuit observatio, quod plumæ a jugularibus anseribus ad culcitra faciendâ collectæ brevi tempore in pulverem comminuantur, si deplumatis anseribus turiones succo nutritio turgidi insuper evulsi, permiscentur;

LIEP. p). Anserum, columbarum, coturnicum, phasianorum, perdicum, aliarumque avium pediculi, cui non ex GESNERI de *avibus historia*, aliisque noti sunt. conf. FRISCH q) qui passim *Franciscum* REDI allegat & hinc inde emendat atque deficientia supplet.

§. XXXIV.

De porcorum pediculis *Uriti* dictis conf. ALBERTVS r). Sunt bobus & vitulis nigri pediculi, & ovibus, quos fessas ovium, cimices & Reduvias, a fugendo quasi fugica *Zicca* & *Zecca Schauf-Zecken* vocant. Inter Reduvium & Ricinum hæc ponitur differentia: Reduvius rostellum longius habet, corpus etiam licet repletum esca, semper compressum manet, hujus pedes obscure rubent, dorsum cineritio est colore, tribus punctis nigricantibus distinctum, & ad cordis figuram effigiatum. In vellere detonso annum vivit Reduvius; Ricinus, de quo supra dictum, solo sanguine alitur. Equi, cervi, capri, canis reliquorumque quadrupedum pediculos annotatos atque descriptos reperies, passim in animalium naturali descriptione historica. Alatos quoque reperiri pediculos Auctores haud leves testantur. Ex DIODORO narrat s) MARCELLVS de Acri-

p) D. D. GAHRLIEP. Dec. III, Ann. VII, Obs. XXXVIII, p. 256.

q) *Joh. Leonh. FRISCH Beschreibung von Insekten V. Theil. Tab. IV. Krannith Laus. VIII. Theil. Tab. IV. Pfauen-Läuse Tab. V. Läuse auf den Meisen Tab. VI. Storch Laus.*

r) ALBERTVS Libro V. Cap. 205. *vid. Tab. III. Fig. N.*

s) Ex DIODORO SICVLO rer. antiqu. L. IV. narrat MARCELL. DONAT. L. I. hist. med. mirab. c. 5. p. 59.

Ac idophagis Libiæ populo (ex largiori locustarum esu) ubi quadragesimum annum excefferint, iis non solum visu varios, sed specie horridos ac turpes pediculos alatos in corporibus nasci, qui ventrem primo, tum pedes, deinde totum corpus parvo tempore exedunt. Ita Cel. PAULLINI t) sextipedes nigros pediculos alatos, magnitudine vulgares porcorum pediculos æquantes, cum susurro in aere volitantes in Westfalia vidit, qui puerum porcis præfectum miserabiliter excruciantem referentem: Si porci in fovea ista uliginosa sese volutant, ut sæpe factitant, plerumque hoc examen reportant, a grege, quem pasco, myriades accipio u).

§. XXXV.

Pediculus ab aliis laudatur, ab aliis culpat, & despiciatui ducitur, ut contemnendum istud animalculum in proverbii vetustate contritis versetur. Dan. HEINSIUS v) contra panegyricam orationem dixit pediculis, encomium canens; & manibus volvo scriptum germanicum typis evulgatum w). De pauperibus in Peruano & Mexicano regnis NIEREMBERG memorat, quod reges ab ipsis pediculos loco tributi fumerent, quod aliud non haberent. Bancani, gens in regno Indiæ nolunt animal occidere,

t) PAULLINI fascic. Obs XVIII.

u) FRISCH l. c. V. Theil Tab. XX stiegende Pferde oder Vieh-Laus.

v) Dan HEINSIUS oration XXXV. admirand. rerum admirabilium p. 134

w) lustige und zeitverkürzende Curiositäten in einer Lobschriß der Läuse denen Soldaten zu einem tröstlichen Neu-Jahr. Geschenck 1679 in 4.

x) NIEREMBERG. Hist. Nat. Lib. VIII.

dere, ideoque quando pediculis infestantur, accersunt ex deserto Eremitas, qui eos captant, & captos capiti suo imponunt. ALDROVANDVS. 7) Americani, referente THEVETO, si mordeantur a pediculis, eos captos dentibus interimunt. De Tartaris referunt, quod, quando pediculos devorant, eodem modo sese adversus inimicos suos vindicaturos, dicant. HERODOTVS in *Mel. pomene* de Budinis Scythiæ populis prodidit, pediculis vesci. In Cumana Insula, sicut in libris de navigationibus in Indias legimus, pediculis coctis & crudis vescuntur. CLAVDERVS 2) refert, de rustico, qui inter varia eaque summe absurda phantasiæ sophismata sæpissime eo sorditiei quoque deveniebat ut pediculos suos recens captos devoraret, quasi epulas nutriendo corpori apprime proficuas. Hæc sufficiant de brutorum pediculis dixisse, diutius illis insistere nec gloriosum nec fructuosum censet MOVFETVS, quem semel laudare & nominare volui.

§. XXXVI.

Pediculi hominum distinguuntur ratione magnitudinis & loci, ubi commorantur. hujus intuitu sunt pediculi communes capitis, ulcerum capitis, pus crudum exedentes; rariores exigui, sudoris capitis excrementis se nutriendos, germanis *Schweir-Läuse*, quos ab illis ortos existimant; alii *obambulatores* dicti, majores, totum corpus perreptantes & in plicis vestium

E

ac

7) ALDROVANDVS de Infectis I. 5. c. 4. p. m. 544.

2) CLAVDERVS Dec. II. Ann. VI. obs. 176.

ac indusiorum nidulantes, germani, *Kleider-Läuse*, duplo majores existunt pediculis capitis, corpus mordent, sanguinem fugunt, etiam viscosis & pinguibus corporis excrementis vescuntur. in plieis deposito ovulorum seminio valde multiplicantur. Alii pudendis crinitis pertinaciter infixi vocantur *Morpiones*, de quibus infra fusius agetur.

§. XXXVII.

Descriptionem pediculi amplam dedit SWAMMERDAM a). Quamvis foedius nihil sit quam pediculus, repræsentatus tamen per microscopium tam est notatu dignus quam horridus aspectu. Microscopio ipsum subjeci, & qualis mihi fuerit visus, referam. Pediculus capitis totus quantus ad instar cornu pellucidus. Caput oblongum, versus os admodum hispidum acuminatum est. Ad latera futuræ coronalis surgunt cornua seu antennæ breves quælibet ex quinque articulationibus composita, quarum prima excavata pilisque obsita, alteram globosam recipit, & articulationem facit, qualem os femoris cum acetabulo. Ad latera futuræ lambdoideæ duo oculi b) majores prominent nigri. Collum breve cum thorace unit. Thorax quadratum oblongum repræsentat. in dorso nigra macula quasi scutum. in pectore sex partes humerales, sterno connexæ, totidem pedibus destinata admirandam structuram oculis objiciunt. Quæque pars humeralis ex tribus partibus composita, quarum altera alteram recipit, & per tri-

a) SWAMMERDAM *Job. Bibel der Natur, worinne die Insekten in Classen vertheilet. Leipzig 1752.*

b) *conf. Diss. de Oculis Insectorum Præf. Thom. JACOBÆO Resp. Melch. Matth. Tybring. Havniæ 1708.*

triplicem hanc invaginationem mutuamque partium conjunctionem pes potest contrahi & extendi. Sex sunt pedes, utrinque tres, ex tribus articulis compositi. Primum thoraci proximum, quem femur nominabo, recipit extrema humeralis partis vagina, ita ut hic perfecte rotatorium perspicias motum. Femur cum tibia, (sit venia comparative impositis,) tantum flectitur & extenditur, ut cutis patellæ frustum quasi interarticulare repræsentet. Pes convexa extremitate tibiæ excavatæ connexus constat ex frusto majori, unguiculo pollicis armato, & ex unguiculo & duobus internodiis indicem constituentibus. Ex motu quem pediculus cum indicis complicatione ostendit, ad præsentiam muscutorum perforantis & perforati concludi potest. Venter ad ovi formam effigiatum senis annulis seu incisuris, quas contrahere & extendere potest, magnum compositum culum cum cauda bifurcata efficit, per quem sanguis ex cute & venis humanis haustus a collo ad anum usque mirifico motu actus transparet. Tota cutis spinis pilosis, copiosius tamen circa articulationes obsita eleganter ad instar pergameni a nutrimento nimia quantitate ingestio distenditur, & crepat, pediculo fortiter compresso. Internarum partium constructionem videre mihi non contigit. SWAMMERDAM perhibet, se perspexisse musculos abdominis, seu fibras musculosas circulares, culi intersectiones moventes, & ad aperiendas & claudendas tracheas in margine culi positas facientes, sicque pediculi respirationem adjuvantes. Viscus quod continuis motibus palpitat, etiam nudo oculo cernitur, ventriculum esse celeberrimus autor asserit. Recenset pulmonum tubos quatuordecim, septem in utroque latere, aerem liberius admittentes per caput, antennas, thoracem & pedes ramos distribuentes. Os

describit ut proboscidem seu canalem, in quo aculeus reconditur, cui adhærescit œsophagus, supra cerebrum decurrens, collum transiens & in thoracis posteriori parte, amplius ventriculum constituens, jejunum colon & rectum tandem efformat. In thorace ostendit spinalem medullam, universo corpori & pedibus vitam, sensum & motum præbentem. Ovarium per infimum ventrem extensum, in quadraginta pediculis sibi visum affirmat, indeque colligit, singulos utriusque sexus esse, in quorum uno numeravit quinquaginta quatuor ova. Ova, quæ pediculi edunt, *lendes, Nüsse* vocantur, pilorum cutem discindunt, separant & ad pili radicem ovulum deponunt, inoculando agglutinant, quo pilorum nutrimento alantur. vid. Tab. III. lit. T. Hoc æri incisum exhibet CVNO *) conf. III. SCHROECK & ab eodem allegatos FABERVM, SCHRA-DERVM, HOCHIVM & BORELLVM, præ omnibus SWAMMERDAM c) qui tabula ænea secunda eleganti delineatione interna pediculi viscera ob oculos ponit. Quid multa de Pediculorum usu practico? ut consuetudinem fervemus, paucula afferemus. Vivos contra icterum a rusticis devoratos observavit ZACV-TVS d). Phthiriasi puella inde correpta e). Pediculi de-glutiti causa mortis f). Ad spasmum sphincteris vesicæ re-laxan-

*) Cosmus Conrad CVNO *Observationes durch dessen gefertigte Microscopia. Augspurg 1734. Tab. VIII. fig. 1.*

e) I. c. p. 30. seq.

d) ZACVTVS Lusitanus libr. ult. Prax. Admir. Cap. 2. Obs. 7.

e) Dec. II. Ann. V. App. p. 37.

f) BONETI Mercurius compitalitius Lib. IX. de ictero.

laxandum alii aliquot pediculos extremitati penis imposuerunt, ut urethra unguulis pedum titillata vesica urinam emit-
tat. conf. ETTMÜLLER g). *Isibordus* ab AMELVNKEN recenset
Hermanno de Welffenbyttel exortum esse magnum tumorem
in capite, qui pressus tenuem foetidumque emisserit humorem.
suasu Henrici de Stoppelberg matris, capiti suo innumeros
pediculos immisisse, caputque, linteo velato, ne ullus elabere-
tur, aut decideret, miserere vexatum, quid? quod cruciatum
fuisse, tandem tumore penitus exsucto optime valuisse. Mul-
tæ prostant observationes, pueros impura sanguinis massa, sca-
bie capitis pediculis scatente laboravisse ceteroquin sanos;
pediculis nocivum excrementum consumentibus & suppu-
rationem sustentantibus necatis, ulcera capitis fuisse consolidata,
brevique malignitate excrementitia in sanguine relicta secu-
tam mortem b). Ubi viscosi humores oculos læserint, qui-
dam pediculis immisiss eos expurgant, qui tanquam hormini
sylvestris femina huc illucque reptantes lemas colligerent,
atque iis involuti postea exciderent. De pediculorum usu
vid. MOVFET i).

§. XXXIIX.

Sed quid sentiendum, cum quidam, uti vulgo opinantur,
artibus magicis seu incantatione pediculis scatent: an tales ex
vestimentis mendicorum, puerorum, aliorumque pediculoso-

E 3

g) ETTMULLER *kurtzer Begriff der Artzney-Kunst* p. 237.b) hinc LOEW ab ERLSFELD *Universa Medicina Practica* p. 705. quod hic
affectus infantes a multis capitis morbis præservet sed molestissimus est,
dicit.i) Tho. MOVFETI *Insectorum Theatrum* p. 264.

rum a cacodæmone collecti per aerem huc deferantur, uti Cel. WOLFFIUS *k*) suspicatus est, me latet, modumque, quo fiat, cum Celeberr. THOMASIO *l*) ignoro. Cum fascino effectum, ut venator nec bombardam manuariam displodere, nec ictu teram prostrernere queat, pediculos, ut sclopetum solvant, incantatione in auxilium vocari refert, WESTPHALIVS & BODINVS *n*). Pediculorum nimia copia plerumque comes scabiei humidæ. In plica polonica pediculi valde luxuriantur *o*).

§. XXXIX.

Qui longo putridoque morbo laborarunt, iis pediculi in capite nati levationem morbi indicant. In hominum capitibus ex synocho putrida convalescentium plurimos conspici pediculos, & quasi epidemicos esse in febribus malignis, observavit SALMVTH *p*). Morituros contra pediculi deserunt, caput relinquunt, atque in pulvinaribus reperiuntur, rationem & causam adferentibus medicinæ practicæ auctoribus, quod destituerentur blanda exhalatione. Quodsi in jugulo & scrobiculo cordis hæreant, vicinæ quoque mortis habentur indicium. Constat maximum istorum vim esse cachecticis, tabidis, purulentis, ichorosis, & quibus non adeps solum & sanguis, sed caro & cutis fuerit corrupta.

§. XL.

k) WOLFFIUS Obs. 5 Ann. I. Dec. III. Eph. N. C.

l) THOMASIVS Program. Lectio. hybernar. Anni 1702. p. 178.

m) WESTPHAL. Schol. ad Grünwaldi obs. de Epilepsia a fascino.

n) Joh. BODINVS in Dæmonomania.

o) Hercules Saxon. Pract. Med. Lib. X. cap. XIX. p. 811.

p) SALMVTH Observat. Medic. Centuriæ tres p. 137.

§. XL.

De Phthiriasi paucula differam. multos ea periisse a iustissimo iudice punitos, recenset MOVFET p. 259. & FRANCUS r). In Medicina hoc malum pro morbo acceptum VELSCHIO de *Vena medinensi* p. 41. qui duplex esse videtur, unus, si magna pediculorum copia in corpore vel ejus parte aliqua prognata & cutem & carnem depascatur; alter hoc longe gravior, & qui aliquid supra το δειον Hippocratis nostri habet, si animalcula illa inusitatae formæ & vermibus proprie dictis simillima, aut etiam veri vermes in corpore nascantur, quo morbi genere Antiochum Epiphanem, pluresque alios, quorum ALDROVANDVS & Auctores nominati mentionem fecerunt r) extinctos. Memorabilis est observatio BLONDELL s) de Hollando, cujus cutis ita repleta fuit pediculis, ut ex vola manus, naribus, oculis, mento, barba, pectore, ano, pene, &c. innumerabiles extrahere posset viventes & ambulantes. Medebatur huic malo bimestris potus & fatus aquarum thermalium.

§. XLI.

Mendicus frigore & fame enectus in agro inventus sepultus erat; post mensem integrum Januarium eruebatur, mihi que demandatum, ut inspicerem cadaver, quod suspicio erat violentam eum obiisse mortem. nondum in putredinem abierrat, sed centone & tribonio pannoque contrito tectum proferebatur, tantaque copia pediculorum adhuc viventium & perreptan-

q) FRANCUS Disp. Heidelbergæ 1678. de Phthiriasi.

r) conf. 2 Maccab IX. 9. Act. XII. 23.

s) BLONDELL de therm. Aquisgr. cap. 14. §. 2.

reptantium obfitum, ut foedius mihi aspectu nihil occurrerit unquam. (VELSE scribit: r) "Hydrope mortua non modo pediculorum adhuc dum vegetorum millenis (tam enim incredibili illi nunc prodibant copia, ut tota defunctæ facies sub iis tantum non sepulta esset) esca viva & lenta fuerat; sed & circa genitalia & superiora femorum adeo sphaecelo omnia corrupta, ut tam brevi post mortem ejus, vivi etiam vermes nunc jam proreperent."

§. XLII.

Variæ afferuntur præter omnibus notas causas, peregrinationem, morbos graves, paupertatem, squalorem vitæ, unde pediculi in homine augeantur. Sed peculiare quoque dantur, quarum quasdam in medium adferemus. III. ALBERTI u) foedam exulcerationem calvaria nominat, ad cujus deteriorationem innumerus concursus pediculorum contribuat. Accusatur esus ficuum & castanearum dulcium, quæ superfium excrementitium facile præbent pabulum. Tale exemplum recenset HEERIVS v) a nimio nempe ficuum & caricarum usu pediculos esse generatos w). Clima quoque aliquid contribuere experiuntur, qui sub linea æquinoctiali navigant: mundissimæ virgines ex Italia in Græciam migrantes in archipe-

r) VELSE in Diff. de mutuo intestinorum ingressu & aliis machinæ humanæ extraordinariis Lugd. Bat. 1742. p. 42.

u) ALBERTI in Therapia Medica p. 438.

v) HEERIVS Obs. 23

w) conf. Sim. PAVLI Quadripart. Class. 3. p. 299. ROLFINCII, Epitri Affect. particul. l. 3. c. 20. p. 321.

chipelagi navibus ab hisce se non possunt liberare infectis conf. TEICHMEYER x). In Hispania pediculorum aluntur myriades, conf. TENZEL y). Ad morbos epidemios quoque referri posse D. D. ADOLPHI ex longa observatione communicat: aere, ventis, tempestate occidentalibus maxime vero austrinis, humido-tepidis existentibus, vermes ut plurimum corpora infestare.

§. XLIII.

Remedia huic morbo proficua ex antiquorum medicorum scriptis suppeditat WALTHER. Ad capitis pediculos infantum capitiluvia aquosa aut spirituosa, quæ staphysagria, bacæ lauri, lavandula &c. ingreditur, præ omnibus centaureum minus laudibus extollit SIM. PAVLI a) olei anisi aliquot guttæ cervici inunctæ, necant capitis pediculos, si modo mitra & fascia cincta quo minus capite decedant prohibeatur. Pulvis seminis *petroselini* capillis inspersus pediculos necat. Peregrinantibus commendat LANGIVS b) omnibus aliis remediis palmam præripientem *mercurium* in unguenti formam cum axungia redactum vestiumque fimbriis illitum. Infantibus ossa demortuorum & *dentes sceleti* intra vestes quocunque modo gestata de salutari effectu convictus Ros. LENTILIVS c) suadet. *Allium*
F specifi-

x) TEICHMEYER Instit. Pathol Pract. p. 431.

y) conf. TENZELII *Monast. Gespräche* 1691. p. 332.

z) Joh. Ge. WALTHER in *sylva medica* sub titulo phthiriasis p. 1255d

a) Sim. PAVLI *Quadrip. Bot* p. 271.

b) Chr. Joh. LANGIVS *Opp. Part. III.* p. 415.

c) Rosini LENTILII *Eteodromus Med. Pract. Anni 1709.* p. 520. & *Ephem. Acad. N. C. Dec. III. Annus VII, Obs. LXXVIII.* p. 729.

specificum quoque edit effectum, hinc Judæi, alias immundissimi & foedi, quia illo sæpe vescuntur, non facile a pediculis vexantur. *Spigelia* anthelminticæ sive Arapabaca PISONIS & MARGGRAFII *) virtutes me adhuc latent. Infusum Theiforme radice *graminis* **) speratos edit effectus. WALDSCHMIDT d) recenset phthiriasin aloe curatam. GÜLDENKLEE aloe puriss. unc. II. aqua absynth. lib. I. soluta idem præstitit. e) Balneo olei olivarum curatam observavit LANZONI l. c. Quam curationem formosæ *virginis* matutinis horis amplexus spondere debeat, cum *Andr.* LIBAVIO lascivis destinabimus & superstitionis f). Melius Nosocomii præfectus phthiriasin curavit, dum *virgis* betuleis vibices superinduxerit, ut nova quasi pellis pediculos postea non admiserit, referente PENNIO.

§. XLIV.

Morpion.

Pediculi inguinales, feri, Gallis *Morpiones* dicti, vario a variis notati fuere nomine quæ MOVFET g) recenset TARANTA b) *Platones* ab Itatorum vocabulo *Piattola* in Latinorum idioma transducto; MARCELL. EMPIR. *Brigantes* a populis ferissimis

*) conf. III. LINNAEI de *Spigelia Anthelmintica* Resp. J. G. COLLIAN, Upsaliae 1759.

**) conf. Diff. de Gramine levidenti at præcellentissimo Praef. KNIPHOF Resp. Berth. Erf 1747.

d) WALDSCHMID in Opp. Med. Pract. p. 575.

e) TIMZEUS VON GÜLDENKLEE Opera Pract. Lib. V. Cap. §IV.

f) Giß. Med. HORNVNG. Epist 40. p. 950.

g) l. c. p. 200.


b) VALESCVS de TARANTA Lib. XVI. c. 36.

rissimis veteris Britanniae; REINESIVS *fessas*; LOCHNERVS *i*) & a GROEBEN *pediculus Pharaonis* appellant. Suam de Pediculis Aegyptiacis sententiam BOCHART *l*) erudite profert. Ope-
ræ pretium duxi, deformia ac foeda ista animalcula accuratius
describere, eoque magis adductus, quia quotquot evolverim
auctores rerum alias naturalium solertissimos scrutatores vel
plane nullam ipsorum fecerint mentionem.

§. XLV.

Ope microscopii illa consideravi, compressive & latius-
culi corporis, testudinis instar, ad cordis figuram effigiati mi-
hi sunt visa; binis crustis, vel scutulis, dorsuali & pectorali
tam expositis tecta sunt, ut succini pelluciditatem habere vi-
deantur.

Caput oblongum & acutum pilosum est, juxta rostrum



F 2

utrinque

i) Eph Acad. N. C. Cent. VIII. p. 233.

k) Otto Frid. a GROEBEN Oriental Reise c. 29. p. 277.


l) Samuel BOCHART in Hierozoico part. II, Lib. IV, Cap. 23.

utrinque duas fetas, *b*) alteram altera longiorem habens. Lineolæ, quæ in capite ad discernendas ejus partes in imagine aere excusa ductæ, anterior *c*) ob regionis convenientiam futuram coronalem, posterior *d*) lamboideam indicant. In utroque latere, ubi futura coronalis definit, in angulo protuberanti prominent oculi nigri; *e*) juxta quos antennæ *f*) quinque particulis per enarthrosin unitis compositæ, longiores pro magnitudine corporis, teneriores, quam in pediculo mansueti exurgunt, quas subinde ferus movet, sublatasque & erectas fert, ubi autem ingrati quid attingit, aut morti proximus, dejicit & ad humeros demittit. Lamboideam mediam macula occupat minuta, *d*) quæ utrum punctum tantummodo nigrum, an foramen, discernere non potui;


Collum nullum est; caput corpori ita conjungitur, ut occiput convexum in cavitate *g*) nucham & jugulum constituyente quoquo versus moveatur. Ex utroque corporis latere octo mammillares emergunt processus, primus capiti proximus, *b*) scapulam primi pedis; secundus, *i*) scapulam secundi; & tertius *k*) tertii pedis femur cum corpore connectentis partis constituit; quartus, *l*) quintus, *m*) sextus, *n*) septimus *o*) processus, sunt mammillares apophyses, quarum quarta *l*) minima, quinta *m*) paulo major, sexta *n*) adhuc longior & septima *o*) longissima, quæ versus posteriora inclinant. Intra octavam *p*) utriusque lateris annus aperturæ, quibus processus perforati esse videntur, in quarto *l*) & quinto *m*) tres longiusculæ; in sexto *n*) quinque; in septimo *o*) septem; in octavo *p*) tres itidem fetæ.

Pedes utrinque tres, non ut in mansueti pediculo sterno sive pectori a natura fixi, sed ex latere inter duo scuta ad id incurvata, emergentes. Priores sunt longiores gracilioresque,
 poste-

posteriores crassiores, robustiores & breviores. Ternis singuli constant tubulis, quorum alter altero amplior. Primus *bik* cui reliqui duo secundus *q*) & tertius *r*) immitti possunt, ut pes pro arbitrio exeri vel recondi queat, est amplissimus, scutique, qua exit, inflexione partem pedis humeralem consti-



tuit. Femur plane deest. Tibia *st*) tertii, quem angustissimum animadverti, tubuli *r*) affixa margini, cujus extremum in convexi corporis speciem exit, omni sese facultate movendi destituitur, nec nisi cum tubulo *r*) ipso moveri potest. Pede enim cum unco versus caput sublato, deorsum tibia *s*) cum tubulo *r*) quo nititur, immobilis vertitur, pede contra de-



presso, tollitur eadem. Tibiæ vero *st*) cum pede *t u*) motus flexione & extensione conficitur. Pedis extremi partes sunt una longior, *u*) in qua angulus prominet, setis oblitus, pollicis quasi vicem gerens, cui opposita altera, quasi index digitus, *v w*) tribus juncturis, quarum articulationes setosæ & hirsutæ, uncoque prælongo, colligata. Anterioris pedis unguem *vx*) arctius contrahit, & confringit, reliquorum *uvw*) ita, ut tres articuli cum unco circulum efficiant. Quo etiam fit, ut animalculum hoc admodum tarde incedat & se moveat, pedibusque inter scuta prodeuntibus potius repat. A natura quoque pedes

pedes ita arbitrò constructos, ut priorum longiorum, qui contracti angulum acutum efficiunt, unci altius per cuticulam possint adigi; posteriores vero breviores, validiores & robustiores cum unco in circulum coire, ut animalculum toto corpore iis innisum, uncos priorum infixos, caputque & rostrum infossum retrahere, illisque solutis progredi, & in alio loco confidere possit.

Corpus totum instar succini est pellucidum: scutum quasi auro obductum, incisuris striisque eleganter cancellatis variegatum.

In thorace viscus semilunare y) transverse positum sanguinem colligens, quod spectaculum præbet haud injucundum, modo derivans, propellens, deducens, in omne corpus diffundens, & versus posteriora aliud z) scybala colligens deducens oculis se subjicit.

§. XLVI.

Calendis Februarii tempestate frigida, incluso pediculo inguinali duobus vitris concavis, observabam tubulorum, fractorum, & ruptorum, invicem cumulatorum copiam parietibus vitri adhærere, id quod hieme in fenestris conspiciamus. Num effluviis & exhalationibus tribuendum, in medio relinquam.

§. XLVII.

Alio die, duobus inclusis morpionibus, minorem majori observabam incumbentem, anterioribus pedibus super humeros extensis, uncoque pectori succumbentis infixo. Major posterioribus nitens pedibus, anterioribus ad latus vitri repere contendens, brevi expirabat. Cum mortuus esset, humerus dextri lateris totus liquore suffundebatur exacte rubente, mirum in modum pellucido; altero aliquot horas post moriente, idem

idem color manebat. Succurebat Tab. IX. & Tab. XIII. ROESELII *m*) sed mittam.

§. XLVIII.

Pediculi inguinales numero incredibili brevi tempore se multiplicant. Densus vestitam pubem circa loca obscœna occupant, interdum, mentum promissa nimis barba, axillas, interdum palpebras & supercilia arant. Raro vagantur, sed diro fati morfu sibi locum excavant, ibique confident affixi, ut difficilius a loco, quem mordent, removeantur. In reliquo corpore vix atque non diu vivunt, capiti impositi animam efflant.

§. XLIX.

Non prætermittenda duco, quæ memoriæ reliquit PAVLINI *n*). "Erat Florentiæ Siculus, homo vagæ libidini editissimus, cujus hircus, supercilia & penis pediculis istis, quos Galli Morpions dicunt, adeo plena, ut paucas intra horas totam scatulam eorum plenam collegerit. Pruritus & morfus in partibus istis continuus. Hinc fricationibus crebrioribus humores magis magisque allecti, dolores insigniter auxere, donec totum membrum genitale flaccidum & putidum unacum pediculis frustillatim decideret, reliqua parte arte demta, ægro autem gemitus inter & cruciatus miserè pereunte." Idem Celeb. PAVLLINI de venereo phthi. riasi consumto observationem Dn. E. Q. M. D. communicat *o*) &

m) ROESELII Hist. nat. ramarum nostratium Tab. IX. & Tab. XIII.

n) Chr. Fr. PAVLLINI Tr. de morte verminosa p. 159.

o) Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. V. App. p. 24, Obs. XXXVIII.

& de lue venerea infecto toto verminoso mortuo p), Arnulphus mollissimus cinadus: Maximus turpissimus incechus a pediculis consumti ALDROVANDVS *).

§. L.

Errorem hic, in quo vulgus versatur, paucis meminisse non abs re duco, morpiones & luem veneream semper esse conjuncta, quique illis infecti, hac laborare. Petrus quidem DESAVLT z) conatur astruere luem veneream a vermiculis venereis produci, qui partes, in quibus hospitantur, rodant & depascantur. DEIDIER r) contendit, morbos venereos referendos esse in animalcula numerosa, minima, agillima, maxime prolifera, quæ ab infectis in sanos celeri contagione propagentur; quæ loca, ubi hærent, morfiunculis impetant; imo etiam depascantur; atque ea ratione symptomata omnia, quæ morborum venereorum propria sunt, inducant; hæc tamen nova non erant, sed jam a Davide ABERCROMBYO anno 1684 indicata s) & a Nicolao HARTSOECKERO anno 1699 t). His vero de longe aliis vermiculis quam morpionibus sermo est. Constat

G

celeb.

p) Obs. XLI.

*) ALDROVANDVS de Infectis.

g) Petrus DESAVLT Dissertation sur les Maladies Venériennes &c. Burdigalæ 1733. 12.

r) Antonius DEIDIER Professor Monspeffulanus in Diss. de morbis venereis 1723.

s) David ABERCROMBYI Tuta ac efficax luis venereæ, sæpe absque mercurio ac semper absque salivatione mercuriali curandæ methodus Londini 1684. 12

t) Nicolai HARTSOECKER Epistola ad V. C. Nicolaum ANDRY præta 1699.

celeb. ASTRUC *u*) de morbis venereis scripſiſſe, multosque de eodem argumento ſcriptos libros perlegiſſe & recenſuiſſe, qui hanc theoriam verminofam irridet & nauci æſtimat & de pediculis inguinalibus ne verbum profert.

§. LI.

Pudendorum infectionem ſemper omni in caſu eſſe morbi cauſam Gallici, VELLA *v*) & ſcabiei omne genus in lue venerea reperiri, de VIGO aſſerit *w*). Quæ tamen maxime inter ſe diverſa, hominemque puriſſimum malo iſto coinquinatum fuiſſe experientia docet. In infantes translatos morpiones, quorum palpebras exararunt, ut ſcabies ciliorum radices obſideret, haud ſemel obſervatum. de hac ſcabie vid. ACTVAR. *x*).

§. LII.

Cura expoſcit anthelmintica oleoſa & mercurialia. Optimum anthelminticum eſt *nicotiana* & lixivium ex eadem paratum. Oleoſa III. G.W. WEDELIVS *y*) commendat, quod tranſpiratum impediatur, in quo vita inſectorum conſiſtat. Vomitorio, laxante, fomentis & linimento mercuriali pediculos pubis feliciter depulit TVLPIVS *z*). Apud SCHENCKIUM obſervatio

u) Joh. ASTRUC de morbis venereis libri ſex Pariſiis 1738.

v) Georg VELLÀ Cap. I. de morbo gallico.

w) Jo de VIGO Cap. I. de morbo gallico.

x) ACTVAR I. 2. c. 7.

y) G. W. WEDELIVS de medicamentorum facultatibus Jenæ 1678. p. 179

Amœnitates Materiæ Medicæ Jenæ 1684 p. 372.

Theoria ſaporum medica Jenæ 1703 p. 239.

z) Nic. TVLPII Obſervation. Med. Lib. III. Cap. 40. p. m. 249.

vatio occurrit cujusdam, qui ad plattulas curandas inunxerat mercurium, inde vero eviratum se sentiens e consilio Medici *oleum (spica z)* applicavit, unde & phthiriasi & huic muneri satisfactum est. Scimus semen *Sabadilli* in pulverem tritum, axungia suilla exceptum applicatum inguinales pediculos extinxisse. Hisce dictis contentus, aliis occasionem suppeditare volui naturalia ulterius indagandi, meæ nunc curiositati sint limites &

F I N I S.


*) conf. FOREST l. 8. Obs. 16. SCHENCK. l. 4. Obs. SENNERT. l. 3. pract. p. 9. S. 2. c. I. August. THONER Obs. Med. l. 4. Hieron. REVSNER. Obs. Med. 31. a VELSCH ed. Phil. GRU-
LING Cent. 5. Obs. 1. & Med. Prax. l. 5. c. 4.




EXPLICATIO FIGVRARVM.

TAB. I.

- A** *Pediculus* a capite humano desumptus per microscopium observatus, a me delineatus eine Kopf-Laus.
- B** *Tenia* sicuti SPIGELIVS observavit ein Gliedwurm aliis cucurbitini Kürbis-Kern-förmige Wurm.
- C** *Tenia portio* cui & caput & cauda deest, sicut SPIGELIVS, & ex eo SENNERT delineavit, ein Bandwurm, naturali magnitudine latitudo, digitum æquat, hic vero multo minor, repræsentatus, ut aliqualem tantum tibi formari possis conceptum de ejus figura.
- DD** *Acaris* ex pustula scabiosi a Joh. Cosm. BONOMI Italice descripti, latinitate donata a Joh. LANZONO inserta *Ephem. Acad. N. C. Dec. II. Ann X. App. p. 35.* ex hoc RIVINVS desumpsit in *Diff. de pruritu exanthematium ab acaris*, item BONANNI *Museum Kircherianum* p. 386. no, 94. Neittliesen in Krüge.
- EE** *Ovula acarorum* observante BONOMO Neittliesen. Eyer
- FF** *Sirones* ETTMÜLLERVS per SCHAEFFERVM delineare curavit, vid. *Act. Erud. Lips. 1682. p. 317.* & *Ettmülleri Opera Tom. II. Part. II. Disp. VI. p. 542.* ex his RIVINVS in *Diff. de prur. exant. ab acar.* Neittliesen Lectorem hic monendum duxi de errore in BONANNI *Museo Kircheriano*, præstantissimo opere








TAB II

G

H




M



I

K



L

L



396 * 397

a librariis commisso, ubi p. 357^a) de Sironibus agitur p. 396. no. 95. pedicularum ferorum sive Morpionum; & cum p. 357^b) de Crinonibus sermo est, Sironum imago p. 386. no. 96. suscipitur. Crinonum effigies plane deficit.

TAB. II.


G H I K. *Crinones* a SCHAEFFERO delineati, per microscopium observati, & quidem K. ostendit crinonem integrum G. I. est similis *crino*, sed cui sub separatione a cuticula corporis cauda truncata fuit H. itidem *Crino* est alius sed majorem sub sui a cuticula separatione noxam passus ex ETTMÜLLERI *Operibus* desumpta delineatio p. 543. *Mitesser, Haarwürme, zehrende Dinger.*

- L.** *Lumbricus* a puero excretus, naturali magnitudine ad vivum *a me* delineatus ein Spulwurm.
- M.** *Morpio*, s. Pediculus inguinalis, per microscopium observatus & omni assiduitate adhibita, ad vivum *a me* delineatus eine Silz-Laus.

TAB. III.

- N.** *Uri*, sive pediculus porcorum, ea magnitudine qua per microscopium observatus *a me* ad vivum delineatus eine Schwein-Laus.
- O.** *Pediculus musca*: CVNO Observat. *Microsc.* Tab. VI. no. 2. eine Fliegen-Laus.

Tab. III



AMNH LIBRARY



100068928

